

apud homines de vulgo, malè feriatos aut malè educatos etiam sacerdotes *turpis macula* est: quod sic sese invicem convitiis lacerent, æmulorum suorum famam declinato competente foro apud quoscumque obvios proscindant: apud homines vero politos in saeculo *Clenodia* est: quod eos, quos pro hostibus, aut iniquis boni alieni raptori bus habent, sine strepitu, sine sparsis per vulgus libellis diffamatoriis coram judice competente convenient, & jus suum strenue quidem, sed etiam sine convitiis coram ipsomet judice prosequantur. Sic inquam statuo potiori jure, quod vera sit *Clenodia* quorumcunque demum Religiosorum idem sancte & exacte observare.

C A P U T IV.

*Memorabile NOTA F. Gisberti
Prioris depositionibus tredecim subiectum
examinatur per partes; pro merito castiga-
tur, & variorum errorum con-
vincitur.*

Nota F. Gisberti Prioris: *Hoc negotium totum directum fuit urgentibus Jesuitis per hereticum & Apostolatum Episcopum (hoc primum membrum) qui violentâ manu restrinxit manus Ordinis.*
Hoc alterum.

*Præmonito Lectore, quod post sub-
scri-*

scriptum nomen Notarii notamen injuriosum à privato subscriptum nihil probet in instrumento legitimo notariali , quovis in perpetuum tempore , valituro : sed potius id ipsum vitiet , jam insinuavi cap. 2. §. 1. n. 3. circa finem.

Reff. 1. ad 1. Membrum Notaminis.

I.

Sicut in Depositionibus 4 Monialium ,
quæ post 150 annos , ab adepta pos-
sessione Achatiani Monasterii à Jesuitis ,
aspexerunt priùs lucem , varia conti-
nentur vagè ac generice , ex quibus negotiis
genuinus , ac particularis sensus non
adèò facilè elici potest , ità quoque ho-
rum verborum *Notaminis Gisbertiani*
sensus videtur ambiguus , sive incertum
esse ; quid propriè per verba ista ir-
tenderit . Vel voluit dicere : quòd cau-
sa principalis , ac primaria , ut ita lo-
quar , directiva , vel quòd principalis
totius negotii executiva , vi cuius Je-
suitæ indepti sunt possessionem Acha-
tianni cœnobii , urgentibus Jesuitis fuerit
Episcopus hæreticus & apostata . Quid-
cunque dicatur : Error est palmaris ac
multis ex capitibus in vitro intelligentia
intolerabilis . Nam 1. quæ cohærentia
depositionis 8. 4. Monialium cum isto
Notamine? Si enim tandem PP. Jesuitæ
Ordine inscio Romæ à Gregorio XIII sup-
presso nomine S. Dominici emptionem Ma-
nasterii impetrârunt ; quomodo hujus
ne-

Gebhardus
nec fuit
causa pri-
maria dire-
ctiva , nec
executiva
totius.

negotii totius principalis ac primaria
causa fuit, inprimis directiva, Episco-
pus hæreticus & Apostata? Et ex qui-
bus documentis authenticis probatur;
quod directione suâ tam dexterè ac fe-
liciter urgentibus Jesuitis totum nego-
tium apud Gregor. XIII. ad umbilicum
perduxerit Episcopus hæreticus & Apo-
stata, adeoque potens Romæ fuerit?

II. 2. Jesuitæ acceperunt possessionem
Non debet anno 1582, 17 Septembris. Tunc au-
pro anno 1582. Geb-
hardus pro-
clamari Archi-Episcopus Gebhardus non-
hæreticus & apostata, qui 4
Episcopus post mensibus, scilicet 2 Februarii, an-
hæreticus & no 1583, usum Augustanæ Confessionis
apostata. indulxit, celebratis infandis nuptiis, &
Cal. April. à Gregorio XIII. depositus
fuit, prout Michaël ab Isselt coævus &
oculatus testis tum in historia sui tem-
poris, tum in Bello Coloniensi obser-
vat. Ergò falsissimum est, quod anno
1582, quo Jesuitæ acceperunt posse-
sionem 17 Septembris Achatiani cœno-
bii totum negotium direxit Episcopus
NB. hæreticus & Apostata. Fieri potuit,
& præsumptio est, quod & anno 1582,
& fors pluribus ante Gebhardus corde
intimo celârit hæresin. Interim in re-
tanti momenti non valet tritum illud:
Accingendus habetur pro accinçio; nec
notamine privatos intrâ parietes, mul-
tò minùs schediasmate luci publicæ da-
to prius quis debet proclaimari hæreti-
cus

etis & apostata, & quidem in tali gradu constitutus, idque per privatum, quam pro anno illo, quo id factum esse legitimè constat.

3. Transmissio, quod anno 1582. in corde, aut animo hereticam pravitatem amplexus sit Gebhardus: Ad quid servit, obsecro! post seculum eum pro heretico & apostata pro tempore, quando talis nondum erat, schediasma- te impresso proclamare. Rei totius car- do vertitur in hoc: An Jesuitæ jure vel per nefas fuerint aut sint possessores lo- ci illius, quem olim Monasterium Acha- tianum occupavit? An ergo tempore illo, quo Jesuitæ occuparunt hoc Mo- nasterium, Gebhardus quæ Delegatus Pontificis, & quæ Ordinarius in Mo- niales sibi subjectas jure agere non po- tuit? An ob hereseos suspicionem, qua non obstante (V. c. i. n. 3.) negotium hoc ei, & duobus aliis Episcopis com- misit Pontifex, vel internam etiam hæ- resin jurisdictione & potestas amittitur? Si non, ad quid ergo conductit data pub- lico Notaminis Gisbertiani post tantam annorum seriem notitia? Ubi demum terratum sumus mi bone Promulgator Anonyme? Aut quis inconsultus ca- lumniandi pruritus animum torsit tuum? Si ex tuo vel meo Ordine adhuc ipsum Archi-Episcopum Gebhardum, vel alium Religiosus quidam refugisset, ab

Licet Gebhardus anno isto in corde fuif- set hereti- cus, tamen & vi subde- legationis Pontificiae, & quæ Or- dinarius agere potuit. Hinc ad rem sub- stramat nihil facit istius Nota- minis pro- mulgatio.

Argumen-
tum ad ho-
minem.

Ordine & fide factus apostata; & ipsius etiam fidem Sacra Romana Ecclesia filiam, Urbem dico Coloniensem, pervertere voluisse anno &c. an ideo, quæ in Ordine existens v. gr. ex commissione summi Pontificis, aut vi officii antea egisset, irrita declarari possent, sub praetextu, quod Religiosus ille postea haereticus & apostata factus sit: etiam dato, quod tempore, quo in Ordine religioso existens commissionem suam executus est, jam tum in corde haereticus fuerit. Capisne vim argumenti?

IV.

Quinam propriè dixerint, & executi sint intentionem Pontificis circa possessionem Monasterii S. Achatii à Jesuitis captam.

4. Quâ fronte vel quo verisimilitudinis colore dici potest haereticus & apostata fuisse præcipuus comœdiæ hujus actor, sive quoad directionem, sive quoad executionem? Jam suprà monui c. i. n. 3. quod Archi-Episcopo Coloniensi tunc temporis amoribus suis implicito, licet nondum haeretico manifesto, omnibus tamen benè sentientibus suspecto, soli ratione executionis filius non sit supremus Pastor; præterire tamen eum sine nota tunc nondum potuerit: & hinc Archi-Episcopo simul Trevirensi, & Amerinensi Episcopo. Dein etiam RR. DD. Gropper & Wippermanno immediate vices suas sub hac clausula demandârit: ut vel simul, vel seorsim plenam haberent potestatem Bullam Papalem exequendi, quæ frigidè primùm ab Gebhardo excepta fuerat. Cself, quod is texti: Dicam galioribus Co ressem cuncta copperus & V state sibi imm cum negotiu m. Dein met a indignatione alii in Ball immisercent moris literas: ionem mandabdelegato avit, author se contra quo quis consuetis inferi solitis spomisit, V. 3. Pseudopol in ingenio innendum el statuet nun terim & quam trialem appe alla aliqua con catar in his que tornm ne haereticus & Apri qua posse n illam Societaoris Specht

cepta fuerat. Quomodo jam concipi potest, quod is idem totum negotium direxit? Dicamus quod res est. Principalioribus Commissariis in 8vum jam mensem cunctantibus soli RR. DD. Gropperus & Wippermannus pro potestate sibi immediate à Pontifice data totum negotium direxerunt & executi sunt. Dein metus Apostolicæ & Cæsareæ indignationis incurrendæ, item ne duo alii in Bulla denominati Episcopi se immiscerent, Gebhardo supremas extorsit literas: quibus & permisit executionem mandatorum Apostolicorum, & subdelegatorum sententiam confirmavit, autoritate suâ roboravit, iisque contra quoscunque opposentes terminis consuetis, diplomatibus ejusmodi inseri solitis, opem & assistentiam appromisit, V. C. 5. Lit. D. & E.

5. Pseudopoliticorum principium est: cum ingenio & cohærentia quadam mentiendum esse. Quilibet bonus utique statuet nunquam esse mentiendum. Interim æquum quemcunque, aut impariale appello judicem: An non crassa aliqua contradic̄tio statim sub oculis cadat in his verbis: *Urgentibus Jesuitis totum negotium direxit Episcopus hereticus & Apostata?* Jam fieri video, fieri qua posse negabam, nempè sicut invidiam Societati parere natum est, F. Prioris Specht NOTA, ab Anonymo

V.
Non est ulla veri species hæreticum & apostamat direxisse totum negotium, vñ cuius Societas sedem alicubi stablem accipiat; nec id præsumi potest de Gebhardo.

post

post integrum & medium Sæculum ty-
pis datum , ac cum strepitu divulga-
tum : quod in supremo gradu faverit
hæreticus & apostata Episcopus Jesuitis
urgentibus : ita pariter lippis & tonsi-
ribus notum est Jesuitis favens nego-
tium , maximè vi cuius stabilem tandem
sedem aut domicilium obtinent , non
dirigi aut executioni dari ab hæreticis
tanquam primariis causæ patronis : mul-
tò minus ne vel in suspicionem cadere
potest ; quod Gebhardus id fecerit. Ille
nimurum , qui novæ sectæ Pseudo-Apo-
stolum , & in historiis notum Coloniæ,
dum in Metropolitana , armatis stipa-
tus , venenum è cathedra spargebat,
à Societatis hominibus fractum ac pro-
fligatum vidi : ille ipsus ita Jesuitis
contra fas omne faverit ; de quo nos
certis habemus documentis , quod va-
riis clam artibus eos ex urbe ejicere co-
natus sit ? Ecce vides mi Anonyme Pro-
mulgator *Gisbertiani Notaminis* : quod
ob multos , quibus scatet , erroribus ,
Notamen istud opportunius in utero ex-
tinguum fuisset , quam obstetricante im-
provida animositate tua luci publicæ
que crisi post tot annorum intervalla
expositum. Collyrio tibi opus est , si id
nondum vides. Saltem alto supercilio
ne despice sequentia.

Resp. 2. Ad Notaminis Gisbertiani
partem alteram , scilicet : quod Episco-
pus

Secundum
pitu divulg
gradu fave
cupus Jefon
pis & tolo
favens neg
bilem tamen
tinent, non
i ab heterice
patronis; mul
tationem cadere
id fecerit, ill
Pleado-Apo
rum Colonie,
armatis fipa
lta spargebor,
actum ac pro
us iu Jefan
de quo noi
is, quod v
be ejcere co
Anonyme Pro
annim: quod
, erocosis,
as in uero ex
tertianate in
luci publica
am intervall
opus est, fid
lio supercali
s Gubertian
quod Episco

pus iste hæreticus & apostata violentâ
manu restrinxit manus Ordinis, hoc
quoque membrum purulentâ tabe labo
rare. Nam

1. Ego omnia in causa hac acta, &
fideliter in Archivio nostro asservata ex
cutiens & relegens, non invenio vesti
gium violentiæ adhibitæ ab Gebhardo
Ordini, de quo sermo. Sed hoc solùm:
quod mandatis Pontificiis tandem ex
causis suprà dictis morem gerens Geb
hardus autoritate sua contrà quoscun
que opposentes stylo consueto munierit
patentibus literis RR. DD. Commissa
rios & Subdelegatos Pontificios. Si
citiùs etiam gesllisset morem Pontifici,
& jussisset executioni mandari etiam ea,
quæ controversiam quamcum FF. Præ
dicatoribus natam inaudierat Pontifex
(V. c. 3. §. 4. resp. 3.) concernebant, quæ
species violentiæ? Dein lego in literis
à Rectore Colleg. Soc. J. tunc tempo
ris ad P. Præpositum Generalem Ro
mam missis sequentia: Eodem die, qua
ingressi sumus Monasterium S. Achatii à
RR. DD. Commissariis actum est cum
R. P. Priore Dominicanorum; cui Com
missionem Apostolicam, & Bullam inti
mårunt, literásque Reverendissimi Archi
Episcopi porrexerunt monentes, ut quies
cerent, nihilquo contra molirentur: præ
sertim cum ipso in Monasterium S. Acha
tii nihil NB. juris haberent: quemad

VI.
Quid no
mine
Archi - Epi
scopi, &
Pontificis
egerint cum
PP. Dotti
nicanis RR,
DD. Com
missarii.

modum ex ipsa fundatione constaret. Initio quidem R. P. Prior aliquas difficultates obmovebat: sed postea aliquid remittens respondit, se ad Capitulum relaturum; cui visum est Societatem in hoc Monasterio, temploque possidendo non esse impedientiam. Hucusque literæ Rectoris Colon. ad P. Generalem Soc. Si his fidem denegas Anonyme Promulgator Notariorum Gisbertiani, & extraordinariorum dispositionum; quæ jam falsitatum variatum convicta sunt; vide sis, ut falsitatum quoque convincas ea, quæ nos ex Archivio & historiâ Collegii nostri, prout invenimus, fideliter communicamus. Interim dum pacato animo examinabis, quænam vero similia sunt; rumina simul ea, quæ c. 3. §. 1. allata sunt, ut ante omnia videoas, & solidè discutias, cujus Ordinis fuerint Achatianæ inclusæ: & an ex iis erui non possit, verum esse notabile illud dictum RR. DD. Commissariorum Sedis Apostolicæ in partibus: Nil juris habere in Monasterium S. Achatii, tanquam Ordini suo subjectum, Dominicanos, adeoque nec lædi eorum jus nec violentâ manu restringi potuisse manus hujus Ordinis. Dein præter multa alia, quæ tua tibi suggerere poterit prudentia, variatumque rerum notitia, cordi quoque sume sequentia.

Ostenditur
ex variis ca-
pitibus ad
oculum,
quām fal-
sum sit re-
strictas
fuisse ma-
nus Ordin-
nis scilicet
fratrum
Prædicto-
rum vio-
lentā manu,

2. Si restrictæ fuerunt manus Ordinis
tui , & quidem violenta manu ab Epi-
scopo haeretico & apostata. Dic, amabo
quā ratione aut modo immaniter adeò
restrictæ fuerunt ? An in primis tunc tem-
poris impeditus recursus NB. ad Nun-
tium Apostolicum , ad summum Pon-
tificem , ad Archi - Episcopum Trevi-
rensem , & Episcopum Amerinensem
qui æqualem cum Archi - Episcopo Co-
loniensi velut principaliores Con - Com-
missarii potestatem à Papa acceperant ?
Omniumne horum & aliorum manus
restrinxit Gebhardus ? Nullum ergò in
toto Orbe Christiano tribunal , in quo
violentiae illatæ querimonia deponere-
tur ? Quis mortalium infinitam adeò
Gebhardi juxta Notamen Gisbertianum
haeretici & apostatæ potestatem esse cre-
diderit : ut nec protestandi , querendi ,
aut excipiendi ullo documento locum
aliquem sub Sole reliquerit ? Saltem cum
anno sequenti 1583. depositus fuit , re-
clamâssent ii , vel saltem ob restrictas
violentia manu manus reclamare tunc tem-
poris debebant , quorum intererat : ut
ne Achatiane domus malè alienata in-
justis possessoribus relinqueretur. Nul-
lum autem vestigium ullius legitimæ
oppositionis , apud quos ea fieri poterat
aut debebat ex parte eorum , qui jus
in Monasterium S. Achatii tanquam sibi
olim subjectum prætendunt , aut vidi-

mus, aut audivimus, aut suspicati sumus jam à sesqui Sæculo captæ possessionis. Et ultrò adhuc aliud sesqui Sæculum indulgeo, dovec legitimis ex documentis constet, quòd re ipsa violentia ab Gebhardo, mandata Pontificia tandem implente, adhibita fuerit Ordini, & quidem tali, cui *semper Achatianæ inclusæ sine ulla exceptione subjectæ fuerant.*

VIII.
Recensentur tres falsitates Notaminis Gisbertiani, & ostenduntur quām improvidè ejus promulgator refricarit antiquum vulnus illupatheticis plus vice una verbis declareret;

Truckfesiorum gentis.

3. In Notamine Gisbertiano falsum ergo est 1. quòd totum negotium directum fuerit ab Gebhardo, sive Episcopo vel Ordinario tunc temporis. 2. Quòd is pro tempore illo proclamari possit tanquam hæreticus & apostata. Maximè, cum ipsissimus ipse in diplomaticate ad RR. Gropperum & Wippermannum dato 7 Septembris, 1782, quòd debitæ venerationis ac obedientiæ sedi totius executionem in se suscipere libenter vellet; aliis autem negotiis impeditus non possit; adeoque eam ipsi committat; ac seriò ita quidem commendet, ut nullo objecto obice terreti aut impediri se patientur, sed propagationem Divinæ gloriæ, conservationem NB. Catholicæ Religionis, & debitam erga mandata Pontificia observantiam cordi ducent, V.c. 5. L.D. 3. Falsum est, quòd violentâ manu restrinxerit, aut restrin-

gere

gere etiam potuerit manus Ordinis, qui
 in Achatianas jus prætendebat; & tem-
 pore illo, quo executioni dari permisit
 Bullam Gregorii XIII. & multò minùs
 temporibus insequentibus. Atque ex his
 sponte suâ sequitur, mi bone Pro-
 mulgator pinguis notaminis Gisbertia-
 ni! quām incantè ac improvidè non
 tantum Societatis famam arroseris: sed
 & schediasmate ad causam principalem,
 quam tibi per decursum sèpius expli-
 cavi, nil profuturo ansam summam de-
 te querendi Illustrissimæ cuidam fami-
 liæ suppeditaris. Evidem supponere
 non possum crassam adeò in te igno-
 rantiam, quòd nescieris, quis Episco-
 pus isto tempore, quo à Jesuitis Acha-
 tiani parthenonis capta est possessio,
 tunc Coloniensis fuerit, & quòd nul-
 lum alium quām hunc F. Gisbertus
 Prior indigitare voluerit aut potuerit.
 Ad quid jam servit Illustrissimæ Truck-
 sessorum Genti in roga & lago clarissi-
 mæ, ac optimè de re Catholica pre-
 meritæ antiquum vulnus refricare in
 impresso schediasmate quaquaversum
 distributo, imò quod pejus ac pericu-
 losius pro te est, ad quid ex palmari-
 bus adeò falsitatibus, prout jam liqui-
 do demonstravi, augetur Gebhardi sce-
 lus, & publico imponitur? Si mi Ano-
 nyme Promulgator! tam invisæ Truck-
 sessis rei unum è majoribus siye cui Or-

Argumen-
tum ad ho-
minem.

dinis , sive sanguinis habuisses hæreticum & Apostatam : & ego ulcus istud post sesqui Sæculum in folio impresso ad rei substratæ principale punctum nihil admodum contribuente denuo oculis omnium exponerem : imò scelus dupli ex falsitate augerem : an non queroris merito ? Jam autem eò cautiùs agendum erat : quo & familia Gebhardi illustrior ; & quò minùs ad punctum principale (an Jesuitæ sint iniqui possessores Achatiani Monasterii) decidendum id contribuebat : prout affatim tibi demonstratum est. Claudite nunc rivos... sat prata biberunt , & sat responsum ad tredecim *Depositiones duarum velatarum*, & duarum laicarum sororum coram testibus idoneis teclore & fabro ferrario. Item ad notabile Nota F. Gisberti Prioris.

IX.
Corollarium ex haec
tenuis allatis confici-
tur cum al-
loctione ad Promul-
gatorem
schedias-
matis.

Jam ut unde incepit , revertatur oratio , corollarium quoddam ex haec
tenuis allatis sit tibi pro collyrio mi bone Promulgator anonyme horum omnium ! Et ore tenus affirmare , & scriptis in Curiâ aliqua contestari , & impresso schediasmate tuo persuadere ausus & conatus es Orbi : injusto Jesuitas titulo etiamnum possidere locum , quem modò Gymnasium Tricoronatum ad 90 circiter pedes versus Septentronem occupat. Hic præcipuus te inter & me status est quæstionis. Prætermittendo varia sine convitiis quidem & calumniis , serio tamen

ramen ad extremum te alloquor, ac interrogo: an purè nitaris depositionibus tuis, & Notamine Gisbertiano; vel alia adhuc momenti longè majoris recondita in penu habeas argumenta, quibus tandem doceas: Jesuitas per fraudem egisse Romæ subticendo nomen Ordinis; P. quendam Jacobum peccasse prædicando, & Confessiones audiendo in Monasterio S. Achatii; item Jesuitas muros de nocte per se vel alias effringendo in Cœnobium perrupisse; totum negotium per hæreticum & apostatam Episcopum, qui violenta manus restrinxerit manus Ordinis perurisse; aliisque quæ in Depositionibus continentur, attentasse, &c. Si argumenta ejusmodi solida habes, gere tandem morem rationi sanæ, Theologiæ, & juris utriusque placitis; conveni nos coram Judice ac foro competente. Si autem non habes, ad quid plausus iste inanis & vacuus? Majores tui, si solidis poterant probare fundamentis, Jesuitas criminum in Schismate tuo nupero obtrusorum reos esse, jam dudum debebant agere; & recuperare Ordini tuo sacro ablata, & certè temporibus maximè iis, quæ faventiora erant, ad id jam dudum se accinxissent. De te, qui post sesqui Sæculum merces obsoletas venum exponis cum plausu tanto: Quid dicam? Hoc dicam intrepidè: Si non aduers in judicio ac foro compe-

tente (quod jam saepius & denudo inculco; quia pagellis in vulgus ituris tecum non certabo) meliora, ac ea, quae modò appensa in statera inventa sunt minus, imò sibi contradicentia habere, dicam, inquam, quod vel præceps quidam impetus, aliis de causis auctus te impulerit, vel etiam improvida fortè aliqua persuasio: quod de rebus antè centum quinquaginta annos gestis Jesuitæ in Archiviis suis vel non asservant, vel non tam facile reperturi sint genuina, & authentica documenta, quibus schediasma tuum confodiatur.

Interim da veniam, si quid liberius dixi non ad contumeliam ullius, sed ad defensionem meam. Potes considerare, quantam mihi respondendi necessitatem imposueris. S. Aug. Ep. 174. Si culpa est respondisse, quo^o, ut patienter audiias, major est provocasse. Sed facescant querimonia. Sit inter nos pura germanitas, & deinceps non questionum (maxime diffamantium) sed caritatis ad nos scripta mittamus. S. Hier. Ep. 18. Pura Germanitas, quam S. Hier optat, stare etiam potest inter duos de jure, aut loco aliquo litigantes, modo jus suum quivis prosequatur, modò in jure præscripto. Quamdiu hoc ab utraque parte servatur, non est discordia. Ille autem eam inchoat; qui competens fo-

rum

rum negligendo , & voce & libellis
quaqua sparsis partem adversam diffa-
mat. Igitur tollamus ista omnia de me-
dio. Amemus pacem (etiam dum in
conscientia obligari nos putamus ad jus
proprium tuendum , debitum , ut D.
Thomas inculcat , circumstantiis ob-
servatis) quam doctus & indoctus intel-
ligit preponendam esse discordiae. S. Aug.
Ep. 116. Et si extra forum compe-
tens scriptis aut replicis non agatur,
nisi cum suspicione invidiae & laetione
amicitiae , quiescamus ab his , & no-
stra vita , salutique parcamus.

S. Aug. Ep. 15.

